Nebran.

Jacobus Dei Gratia Magnæ Britaniæ Franciæ et Hiberniæ Rex, Fideique Defensor etc. universis, et singulis, Regibus, Principibus, tam Ecclesiasticis quam Secularibus, Ducibus, Marchionibus Comitibus, Nobilibus, Episcopis, Abbatibus Præsidibus, Senescallis, Baronibus Primicerijs Civitatum Consulibus, Magistratibus, nec non omnibus et singulis Admiralijs, Provinciarum, Regionum, Urbium, Arcium, Pontium Castrorum, Exercituum, Classium, Navium, Fretorum, Sinuum, Fluviorum Portuumve Præfectis, Alijsque quibuscunque terra Marive imperium exercentibus, ad quorum Notitiam præsentes hæ literæ pervenerint, Perpetuam felicitatem et salutem in

Hebron.

in eo qui suorum salus est certissima
Quandoquidem suma eorum quibus
administratio Rerumpub. incumbit,
cura esse debet, ut bene merentibus
et virtutis studiosis debitus honos
conferatur, et si quid sequius contra
jus et aequum perpetratum fuerit,
constituto supplicio coerceatur; Nobis
hucusque ratum constansque fuit ne
alterutram in partem negligentius
providisse videremur. Itaque quantum
vel e re nata vel per graviora Reipub.
negotia fieri potuit, sedulo dedimus
damusque operam, ut quicunque vel ge=
nerosi stemmatis, vel praeclari facinoris
aliarum veterum insignium a Ma=
joribus derivata jura aut encomia
acceperunt, eadem apud posteros fat=

Hebron.

sarta et tecta, nisi ipsi a probita-
te et illorum vestigiis desciverint,
quam longissima fieri possit serie
maneant, quo et ad parem ipsi accen-
si laudem, aliquam propter virtute
accessionem majoribus addant et pa-
rentum memores nil eorum ampli-
tudine aut fama integra indignum
committant, sed pari passu proavos
æmulati, probos et fideles Regi et
regno in omnibus, quantum jus fas-
que patitur, se subditos, præbeant.
Quum igitur nobis probe perspectum
esset, quam fidelem operam subdi-
tus et popularis noster quondam
Alexander Hepburnus vir multis
virtutibus ornatus præstiterit, non

Nobis

Hebron.

Nobis tantum, sed etiam Potentis-
simo et Serenissimo Principi Philip-
po Duci Stettini, Pomerania etc: fra-
tri et Consanguineo Nostro Charissi-
mo; Et quod propterea complures
Regni nostri Scotiae subditi amici et
consanguinei ejusdem quondam Al-
exandri Hepburni ex gratia et amo-
re singulari erga eum, Consulibus
Omnibusque Civibus praeclarae ur-
bis de Statgard in Pomerania Duca-
tu literas suas Commendatitias ap-
posita eorum Syngrapha et Sigillo
in gratiam ejusdem Alexandri
anno Domini millesimo quinquen-
tesimo octuagesimo secundo mi-
serunt: Quibus ut ipsa veritas
postu-

Hebron.

postulabat libenter testati sunt prafatum quondam Alexandrum Hepburnum ex nobilibus familiis et generosis parentibus ortum fuisse prout in dictis literis comendatitys subditorum nostrorum plenius continentur; quas velut monumentum fidei, solertiæ, virtutis, et dexteritatis in rebus obeundis ac omnium honestorum officiorum (dum viveret) erga prædictum Principem ac Dominum suum Serenissimum etiam ad hunc usque diem in prafati Ducatus Memoranciæ registris extare intelligimus. Et quoniam vero fieri potest, ut hæ ad dilecti nostri Capitanei Danielis Hepburni prædicti quon-

quon
teye
et s
pra
lelu
inde
min
nem
quo
gen
nost
Ale
pro
com
in D
Coet
Ser

Hebron.

quondam Alexandri Hepburni filij
legitimi, ac caeterorum posterorum
et Successorum ejusdem (: qui jam
praedictum Pomeraniae Ducatum in-
colunt :) notitiam non pervenerint, ac
inde calumniatores (: qui proborum ho-
minum virtutibus invident :) occasio-
nem calumniandi, exprobrandi, et
quaestiones de natalibus ipsorum mo-
vendi arripiant; Ideirco Nos ex favore
nostro, quem praenominatus quondam
Alexander Hepburnus sua virtute
promeruit, has etiam novas literas
commendatitias ex amore singulari
in dict: Cap: Danielem Hepburnum
Caeterosque posteros et Successores
dicti quondam Alexandri mittimus

Pattim

Hebron.

Partim ipsi hac ratione animentur ad mores et virtutes paternas in totius vitæ curriculo imitandas; partim ut certiores faciamus omnes et singulos prædictum Pomeraniæ Ducatum incolentes aut alibi degentes præfatum quondam Alexandrum Hepburnum ex legitimo matrimonio et generosis Parentibus ortum fuisse, et ex nobilibus famili[illegible] tam a paterno quam materno genere descendisse.

Patrem enim habuit Joannem Hepburnum virum vere nobilem et bonarum omnium artium studiosum, nepotem quondam Patricij Hepburni Comitis de Bothuel Domini de Hallis Thalassiarcha sive Magni

Hebron.

Magni Scotiæ Admiralli etc. Cui ut Coeteri Majores sui familiæ Hepburniana et omnis sui Principes ob res Domi forisque præclare gestas summamque in Patriam fidem et egregia in hostes facinora equestri semper dignitate ornati, multos quoque alios honores et titulos quam amplissimos et præclara sibi ipsis totique familiæ Hepburnianæ insignia (quæ hic in imo latere delineata conspiciuntur) tanquam certissima virtutum et laborum suorum monumenta et proemia à Majoribus Nostris Scotiæ Regibus à ducentis añis et ultra merito obtinuerunt. Pastim denique ut obsignaremus et approba-

Hebron

baremus, sicut per praesentes de nov
obsignamus et approbamus, ea om-
nia quorum in prioribus literis com-
mendalitys dicti regni nostri Scotiae
subditi dememorati quondam Alex-
dri nobile genere, moribus, et vir-
tutibus, testimonium tempore et
modo supra scriptis perhibuerunt.
Vos igitur omnes sua cuique servata
dignitate (Regales Majestatisque
cupimus ut memoratum Capitaneum
Danielem Hepburnum Coeterosque
praefati quondam Alexandri Hepbur-
ni posteros ac successores et Nobilibus
praedictis familiis (sicut revera est)
descendisse agnoscatis, eosque omni-
bus humanitatis honoris et dignita-
tis

bis ef
repos
bis no
ut ex
ut apu
sta ei
talim
ex gra
in men
Hepbur
dam ex
succes
et b
tribu
facien
appen
burgi
testim

Hebron.

his officijs prosequamini, patem vobis
repositum gratiam, si ulla in re auxi-
lio nostro uti volueritis. Quae omnia
ut ex se vera sunt et firma, Ibidem
ut apud universos et singulos testati-
ora et certiora innotescant, Non gra-
palim hasce patentes literas nostras
ex gratia et amore nostro singulari
in memoratum Capitaneum Danielem
Hepburnum Caeterosque praedicti quon-
dam Alexandri Hepburni posteros et
successores concessimus;
Quibus ad plenam apud omnes fidem
faciendam Sigillum nostrum Magnum
appendi mandavimus. Datum Edin-
burgi Anno Domini Millesimo Sexen-
tesimo Decimo Sexto Regnorum
vero

Hebron.

vero nostrorum Anis Quinquagesi-
mo et decimo quarto respective, et
Mensis vero Julij Die decimo tertio

Concordare cum originale
cui appensum est Magnæ
Britaniæ Sigillum et à la-
tere appositum insigne gen-
tilitium, additamq. subscriptio-
nem Regiam testor requisitus

H. Gravius, Illustris.
Regim. Comes. Secretar.
Electoralis.

Alle diese Aufzeichnungen der Familie v. Hebron, sind [illegible] in Bernh. [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] der Familie v [illegible]. [illegible] 1892 [illegible]